Communicantes et me
moriam venerantes
in primis gloriose se
per virginis Marie genitri
cis dei et domini nostri ihesu christi.
Sed et beatorum apostolorum ac
martirum tuorum Petri
Pauli. Andree. Iacobi.
Iohannis. Thome. Iaco
bi. Philippi. Bartholomei.
Mathei. Symonis. et Tha
dei. Lini. Cleti. Clementis.
Sixti. Cornelii. Cypriani.
Laurencii. Grisogoni. Io
hannis. et Pauli. Cosme.
et Damiani. Et omnium
sanctorum tuorum. quorum
meritis precibusque concedas ut
in omnibus protectionis tue mu
niamur auxilio. Per eundem christum
dominum nostrum. Amen.

Hanc igitur oblacionem
servitutis nostre
sed et cuncte famu
lie tue quesumus domine ut pla
catus accipias. diesque nostros in
tua pace disponas atque ab eter
na dampnacione nos eripi. et
in electorum tuorum iubeas gre
ge numerari. per christum dominum nostrum. amen.

R

iustum est. Vere dignū et ius
tū est equū et salutare. Nos tibi
semp et ubiqꝫ gracias agere
Domine sancte pater omnipo
tens eterne deus per xp̄m domi
nū nostrum. Per quem maies
tatem tuam laudant angeli ad
orant dominationes tremunt
potestates. Celi celoꝝqꝫ uirtutes
ac beata seraphin socia exultatio
ne cōcelebrant. Cū quibꝫ et nos

BIBL. UNIV. HELS.